

# Kreis Steinfurt

S 191

1277 Juni 23.

[79]

191

Der Edle Baldwin von Steinfurt überträgt bei dem Begräbnisse seines Bruders Ludolf der Kommende Steinfurt das Erbe Wässmer in Queddinghausen (Unterhöchst. im Körpl. Osterwif).

Omnibus Christi fidelibus presencium inspectoribus Baldewinus de Sten-vordia rei geste notitiam cum salute. Labilis est hominum memoria et ea, que fluit ab hominibus, in oblivionem defluit ex facili, nisi scripture testimonio perennentur. Eapropter tenore presencium innotescere volumus universis, quod nos cum fratre nostro Ottone et pueris nostris Ludolfo et Lisa et Elizabet uxore nostra et Jute reliete fratris nostri L(udolfi) in remedium anime eiusdem fratris nostri L., in subsidium terre sancte domum Wasmodie in Quadinchusen cum omnibus suis appendiciis scilicet hominibus, areis, pratis, pascuis, agris, nemoribus quadam liberam possessionem seu proprietatem, dominium utile vel directum, predicte sacre domui hospitali et fratribus contulimus et in eos transtulimus sponte et libere et ex toto renun-ciantes eidem iuri et omni actioni et generaliter omnibus rebus, quibus

collatio seu translatio huiusmodi vitiari aut impugnari potest aut dictis fratribus in eisdem bonis cum suis appendiciis aliquod preiudicium in posterum generari. In cuius rei evidenciam presens desuper conscribi fecimus instrumentum et ipsis predictis fratribus tradidimus sigillo nostro roboratum. Acta sunt hec anno Domini M°ce<sup>o</sup>lxx<sup>vii</sup>, in vigilia Johannis baptiste, in exequiis eiusdem Ludolfi, presentibus Luberto de Langen, Rutgero de Millite, Gerhardo de Vüllen, Richardo de Legden, Ecberto de Metelen militibus et aliis probis et multis.

Orig. Siegel mit Rücksiegel (Schwurhand). VIII. Rep. II. 1. b. 26. Nr. 6. Rückschrift (c. 1700): Wässmodind, nunc Wässmers Haufz. Kopien im Kopiar B fol. 54\* und A fol. 27; nach letzterem gedruckt Darpe, S. 21. Regest Niesert, V. S. 57 Nr. 7.